
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

DA box

No. 2143.



M. Fischer fecit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

H

M

A

ten

ter

gra

E

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

ELEGIA HIERONYMI OSII SCRIPTA

AD INCLYTVM AC POtentiſſimum Dominum D. Chriſtianum tertium eius nominis Regem Daniæ, loco gratiarum actionis, cum ei ab eodem Rege Danię Laurea & reliqua ornamenta poetica tribuerentur, Anno 1558. die 2. Menſis Maij Haphnię.

VITEBERGAE

EXCVDEBAT IOHANNES CRATO.

ANNO M. D. LVIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

ELEGIA SCRIPTA AD SERENISSIMVM AC POTENTISSIMVM REGEM DANIÆ.

MVſa Deo comitante uiam molire ſub oras,
Vnde mihi nuper nuncia læta dabas.
Vnde redux nuper mihi Regia dona tuliſti,
Et mea curaſti iuſſa fauente Deo.
Dania quà gelidas bello inclyta ſuſpicit arctos,
Saxonidos fixum quà uidet ora polum:
Hac iter ingrediens errantes dirige greſſus,
Exactamq; prius cauta reuiſe uiam.
Et ne fallat iter te, neue ambagibus error,
Balthica feſtino dum pede ſtagna petis.
Cum dubitas quà lenta gradu ueſtigia flectas,
Lucida norma uelut te Cynoſura regat.
Stellarum illuſtri hæc quà ſignat imagine cœlum,
Hac recto cœptas tramite carpe uias,
Ad mare dum uenias peragrandum naue uolenti
Daniacæ ignotos gentis adire lares.
Has ubi remigio felix traieceris undas,
Inde breui curſu carpe pedeſtris iter.
Et uenies claram quà Dania ſuſpicit urbem,
Quam celebrem parto nomine fama facit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Haphnia quæ uarijs tibi dicta à mercibus urbs
Hoc illi nomen Danica lingua dedit. (eſt,
Quæ ceu tute refers, ſublimibus ardua muris
Eminet, & cœli tollit ad aſtra caput.
Hoſtilesq; fugat procul aggere cincta furores,
Quando feras pugnas uis inimica mouet.
Cui Troiana refert æquantem pergama turrem
Eſſe, fide dignis fama relata uiris.
Vrbi iuncta iacet (ceu noſti) regia ſedes,
Arxq́; poli tangit ſidera cuius apex.
Et ualidis cingunt quam propugnacula muris,
Vndiq́; circumdant quos uaga ſtagna uadis.
Terreus in morem montis quos circuit agger,
Et tormenta fero bellica Marte tegunt,
Quando furor tẽtat ſocio hoſticus agmine pugnã
Magnanimos uinci poſſe uirosq́; putat,
Hos qui præſidio muros, arcemq́; tuentur,
Danicaq́; inuicto robore regna tegunt.
Regia maieſtas ſubiectas uindicat urbes,
Et ductore Deo, fortia bella gerit.
Antè tibi uiſam cùm læta ſubiueris arcem,
Aulicus excipiet teq́; Camœna fauor.
Ore uerecundo auguſtas uenerabere ſedes,
Et flectes coram Rege potente genu.
Ad quem cùm uenies, ueniam ipſo dante precanti
Hos fundes geſtu conueniente ſonos:

Salue

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Salue Mecœnas totum implens laudibus orbem,
Cui Regum meritis nemo ſecundus erit.
Non bello,non pace parem hæc cui ſecula norunt,
Eximium heroem te tua fata uolunt.
Te patrem patriæ præconia multa fatentur,
Eſt illuſtre quibus nomen ubiq; tuum.
Te gaudet uarijs Eccleſia preſſa periclis
Defenſore,tibi grataq; corda gerit.
Proq; tuis meritis tibi ſe debere fatetur
Grates,quas memori pectore ſemper agat.
Grataturq; ſibi te bello heroa potentem
Eſſe ducem in medijs hoſte furente malis.
Te tutore ſuam quæ ſeruat ab hoſte ſalutem,
Et ſincera pia dogmata mente colit.
Vindice te Romana caducas bellua uires
Accipit,è regnis eijciturq; tuis.
Nullus ubiq; tua locus in ditione profanis
Dogmatibus,templis eijcis illa tuis.
Et te cum moles grauet ingens pondere rerum,
Præſide te tua quas Rex pie regna gerunt:
Non tamen hæc animū curis ita pondera laſſant,
Vt uelit officij non memor eſſe ſui.
Vt uelit attentus modo uanæ in commoda uitæ
Eſſe,nec aſſueſci concelebrare Deum.
Quin tua maieſtas diuinis omnia iuſsis
Poſthabet,& præfert commoda nulla Deo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Et quàm naufragium ueræ pietatis, auiti
Imperij mallet triſtia damna pati.
Iura, ſalusq; tibi curæ pater inclyte regni,
Sed magis his ueræ relligionis honor.
Non modo das populis uiuendi iura regendis,
Et moderare pijs legibus omne decus.
Et cohibes duri frenando crimina uulgi,
Omne nefas iuſto ſupplicioq́; premis.
Imperijq́; Monarcha gubernas legibus æquis
Sceptra tui regni, præſidioq́; tegis:
Verum etiam curas oracula ſancta doceri,
Nata Deo proles qua ratione docet.
Vtq́; geri poßit titulo illud munus honeſto,
Doctorum magnis ſumptibus agmen alis:
Inſtaurasq; ſcholas, claros quibus arte magiſtros
Præficis, & docti ſunt tua cura uiri.
Et proprio ſumptu curas alimenta iuuentæ
Præberi, Aoniæ quos trahit artis amor.
Inde tuo ut quondam regno adiumenta requiras,
Cum patriam poßunt arte iuuare ſuam.
Nam quæ regna carent doctorũ effrena uirorum
Præſidio, uario preſſa labore gemunt.
Quando pericla premunt communis iura ſalutis,
Autor conſilij conuenientis abeſt:
Ni domini rerum doctis moderamina tradant
Imperij, & poſcant inde frequenter opem.
Ingenua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Ingenuas odio cum uulgus polluit artes,
    Naufragium patitur publica triſte ſalus.
Ni Muſæ imperijs dominandi iura miniſtrent,
    Omne decus regni Marte furente ruit.
Sæua ſacras quoties leges Bellona gubernat,
    Interit heu rerum fracta furore ſalus.
Illa uigent felice ſtatu, uitantq; labores
    Regna, quibus ſapiens frena Monarcha dedit
Et cúm lege regunt docti moderamina rerum,
    Et manet ingenuis artibus æquus honor.
Cum, dare conſilium qui rebus debuit ægris,
    Dotibus ingenij ſe coluiſſe poteſt.
Et didicit rerum multarum prouidus uſu
    Ferre, requirit opem publica quando ſalus.
Tales qui regni rectores quærit habenis
    Princeps, perpetuo debet honore coli.
Illorum è numero Rex laudibus inclyte Regum
    Te mea Muſa loqui teſte frequente poteſt,
Neſcia laude mori quem uirtus æquat olympo,
    Et ſtimulos animi præbet ad omne decus,
Sublimemq; rapit fama ſuper æthera notum,
    Stemmateq; obſcuro non latuiſſe ſinit,
Impetus in ueras armat tua pectora laudes,
    Quæ ſors infelix frangere nulla poteſt.
Ingenio uires, animoq; inuicta miniſtrat
    Corda, ſuaq; regit te bonitate Deus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Sufficere ut poſsint tua tantis robora regnis,
    Te quorum aſtringit legibus ipſe ducem.
Præſide cura Deo miteſcit ſceptra regendi,
    Tàm graue quo uirtus auſpice uincit onus.
Inclyte Rex magnas tibi laudes multa merentur
    Dona, quibus clarum te tua fata uolunt.
Vt taceam ueræ quod relligionis amator
    Inſtauras populis dogmata ſancta tuis.
Totius in regni tradiq; oracula tractu
    Curas, quæ Chriſti tradita uoce tenes:
Ingenio eximios auguſtæ præficis aulæ,
    Laude quibus clarum eſt nomen ubiq;, uiros.
Quiq; decus, tituloſq; gerunt, quib. ornat Apollo,
    Fonte Meduſæo qui ſua labra rigant.
Quiq; duces, & regna, forumq; & bella guber-
    Conſilio, patriæ rebus opemq; ferunt. (nant
Hi tibi præ reliquis ducibus debentur honores,
    Quòd uirtus Muſis ſit tua grande decus.
Quodq; uiri docti duce te tua regna gubernent,
    Pax quorum auxilio Marte iacente uiget.
Præſidet imperio illorum dum neſcia frangi
    Virtus, iacturam conſilijſq; uetat.
Hæc quis regna negat fatis felicibus uti,
    Talis quæ iuſta lege Monarcha regit.
Cui non cura ſalus modo publica, iuraq; legum,
    Vita quibus uulgi debet ubiq; regi.

Sed qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Sed qui templa tetris exploſis ſancta tuetur
Dogmatibus, curans relligionis opus.
His tibi pro meritis magnas Eccleſia grates
Debet, amatq; Deo ſe tibi dante ducem.
Teq; ſuum magnis duce uiribus edomat hoſtem,
Adſerat ut uictrix nomen ubiq; ſuum.
Hæc laus digna uiro penes eſt quem tāta poteſtas,
Quem regnādi onerat tàm graue ſēper onus.
Quem penes imperij uis eſt, & ſumma facultas,
Et regimen curis quem ſine fine grauat.
Has qui uirtutes non dignas principe credit,
Ornandasq; ſimul laude frequente putat,
Et non ipſe ferat quo par ſit honore per auras,
Hunc quis Cyclopem mente referre negat?
Vt laudent alios alij regesq;, ducesq;,
Danica ſit Muſis gloria cura meis.
Eſt uel in hoſte ducum donum admirabile uirtus,
In tanto ne dum principe, tàmq; pio.
Nomen Alexandro peperit laudabile uirtus,
Hectoris & nemo neſcius eſſe poteſt.
Herculeas uatum cecinere poemata laudes,
Quotq; tulit magnos terra Pelasga uiros.
Auſonis ora duces priſco quot protulit æuo,
Carminibus Latijs nobile nomen habent.
Hos ob uirtutem ſi docta poemata laudant,
Quo tantum Regem carmine Muſa canes?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Qui probat addictum ſe nominis omine Chriſto,
Nominibus quondam fata ſubeſſe ſolent.
Nomine, req; piam quia mentem cõprobat heros,
Cui meritis uirtus undiq; clara uolat.
Sæpe dedit doctis quia munera regia Muſis,
Clara quibus curam facta ſcit eſſe ducum.
Docto principibus famulantur carmine Muſæ,
Quam uates celebrant, gloria uiua manet.
Iam tibi pro miſſo Rex quas ego munere grates
Debeo, cum Muſis tempus in omne meis?
Ornamenta quibus data te ſunt Rege patrono,
Eſſe uel ipſe quibus dignus Apollo poteſt.
Donec Laurus erit doctis inſigne Camœnis,
Quam Phœbo ſacram prodita fama refert,
Solam ex arboribus quam fulmina nulla fatigant,
A ui Muſarum gloria tuta manet.
Auri donec amor mortalia pectora tanget,
Aurea donec erit grande cathena decus.
Donec erunt laudi doctis inſignia Muſis,
Illis maieſtas regia ſi qua dedit:
Nulla meum capient tantorum obliuia mentem
Donorum, uetet hoc me pietatis amor.
Grande uiro meriti memorem non eſſe fauoris,
Quaq; poteſt grates parte referre, nefas.
Quæ præſtare meæ tali pro munere Muſæ
Poſſunt, hæc iuſti me dare coget amor.

Daniaci

Daniaci texam uerſu præconia regni,
Ducere uel calamum dum manus arte poteſt,
Quod tegat oro Deus, bellumq; his arceat oris,
Martius ut cedat pace manente furor.
Gnate Dei imperij tanti caput optime regem,
Megnanimum in cunctis caſibus eſſe uelis.
Incolumemq; rege, hoc Eccleſia freta patrono
Hoſtibus ut uictis uincat ubiq; ſuis.

Sequuntur Epigrammata aliquot.

AD VENERANDVM AC CLARISSIMUM uirum M. Henricum Buchoducenſem Regiæ Maieſtatis concionatorem.

NVper Daniacas mea Muſa profecta ſub oras,
Huc rediens Cſio nuncia læta tulit.
Qua redeunte ſimul tua uenit Epiſtola nobis,
Docte uir, æterno digne fauore coli.
Quæ mihi lecta tuum eſt in me teſtata fauorem,
Hinc fore me gratum dat tibi dextra fidem.
Et quanq̃ merito eſt mihi tanto haud æqua facultas,
Conſulet ipſe boni qualiacunq; fauor.
Donec uita mihi fato aſpirante manebit,
Cura mihi memori laus tua ſemper erit.
Cui precibus flecti ſunt pectora prona, rogamus
Protegat incolumem teq; tuosq; Deus.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

AD DOCTISSIMVM VIRVM M. Caſparum Mule Iuniorum Principum in Regia Danica Præceptorem.

Eſt aliquid ſtudijs cultos acquirere amicos,
Et doctis aliqua parte placere uiris:
Sic mihi theſaurum reor illa ſorte parari,
Pars quod amicitiæ ſim uir honeſte tuæ.
Hanc mihi fortunam dum gratulor inter amicos,
Illorum numerum creſcere ſæpe iuuat.
Et quia fama probat mihi teſte relata fideli,
Te Muſis prona mente fauere meis:
Quas potero referā memori tibi pectore grates,
Concedent uenam dum mihi fata meam.
Digna cani uatum tua paßim carmine uirtus,
Macte uir eximium nomen honore, uale.

AD CLAISSIMVM VIRVM N. Bordingum Regiæ maieſtatis medicum.

TE pariter Bordinge mihi mittente ſalutem
Noſtra ſalutatum Muſa rediſſe poteſt.
Vnde tuum agnoui ſtudium mea uota iuuandi,
Res cum Rege mihi quando gerenda fuit.
Officio referam pro illo, quas debeo, grates,
Si modo non uires fata ſiniſtra prement.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Hæc promiſſa tibi dare cogit amica uoluntas,
Tam bene de nobis qui meruiſſe potes.
Tempora materiam laudum breuiora tuarum
Præbebunt, uerſu uir memorande meo.
Interea medicæ decus artis te Deus oro
Seruet, & incolumem te ſine fine regat.

AD CLARISSIMVM VIrum Cornelium ab Hamphorth Regiæ maieſtatis Medicum.

DAnica regna tibi repetitum miſſa ſalutem
Dicit, te hoſpitij iuraq; Muſa petit.
Freta fauore tuo, Clarias quo diligis artes,
Affari uerſu te breuiore uenit.
Pro ſtudio in reliquas tibi grates grata ſorores,
Promittens operam, quam dare nouit, agit.
Et quacunq; poteſt te laude ornare uiciſſim,
Omne mouens ſtudium te celebrare cupit.
Vtq; diu meritas tibi poſſit texere laudes,
Orat ut incolumem te Deus usq; regat.

AD NOBILISSIMVM VIrum Hermolaum Droll Regiæ maieſtatis conſiliarium.

NObilitat generis quem gloria, & inclyta uirtus,
Hic ueræ titulum nobilitatis habet.

Sic tibi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Sic tibi clare domus patriæ uir honore perennem
Dat famam uirtus neſcia laude mori.
Quæ duplicat titulos inſignes ſtirpis auitæ,
Laudibus ingenij claraq; dona facit.
Dignus honore uir eſt, uirtus quē uera gubernat,
Dux & ad omne decus mente ſequace trahit.
Hæc bona uera Deus tibi nomine magne mini-
Drolle, quibus clarum te tua fama facit. (ſtrat
Materiam illa meis præbebit cauſa Camœnis,
Vt quondam uerſu te celebrare uelim.
Nunc ut ſcribendi mihi res tua uita miniſtret,
Neſtoreos annos uiue fauente Deo.

AD DOCTISSIMVM VIrum D. Antonium Haniſch Secretarium Regiæ maieſtatis in Cancellaria germanica.

ORE ſalutaſti me alieno quando reuerſis
Huc Muſis, quas tunc miſit Apollo meus:
Nuncia læticiam mihi magnam miſſa tulerunt,
Hoc quòd amicitiam nomine ſpero tuam.
Verba ſalutantum mentem teſtantur amicam,
Veraq; ſinceri ſigna fauoris habent.
Tempus amicitiam diuerſis caſibus auget,
Conciliat doctos res pia ſæpe uiros.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Sic fortuna mihi te caſu iunxit amicum,
Quem noſti Muſis incubuiſſe meis.
Illo uir noſtras dignate fauore Camœnas,
Summus amicorum uel mihi ſemper eris.
Dignꝰ coli pietas tua carmine, & inclyta uirtus,
Quondam quam uerſu liberiore canam.
Nunc commendo Deo te uota audire parato,
Quæ pietas ipſo fundere freta ſolet.

AD REVERENDVM VIrum Magiſtrum Paulum Nouiomagum concionatorem Aulicum.

Ignotos aliquando uiros mea Muſa ſalutat,
Se quibus officijs inſinuare ſolet.
Fœdus amicitiæ uenatur ubiq; uirorum,
Quos celebres uirtus digna fauore facit.
Sic tua nunc eius ſpe lucri tecta frequentat,
Te ſibi fautorem poſcit, amatq; ſuum.
Quod ſi non uoti fuerit paſſura repulſam,
Te uerſu poſthac uberiore colet.
Interea ut poßis multis ſeruire docendo
Dogmata, quæ noſti tradita uoce Dei:
Ille tibi ualidas in iuſſo munere uires
Sufficiat, ſuperes quò graue uictor onus.
Teq; regat, laudiq; ſuæ Deus adſerat oro,
Vt noceant uitæ nulla pericla tuæ.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

AD REVERENDVM DOminum, D. Andream ā Barbi Epiſcopum Lubecenſem ac inclyti Regis Daniȩ conſiliariū.

EST res magna uirum ſi magnis fata regendis
Rebus præficiunt, eximiumq; uolunt,
Conſilio ut regere & curare negocia Regum
Poßit, & optatam ferre frequenter opem.
Illum nemo uirûm non admiratur & ornat
Laude, decet talem qua celebrare uirum.
Talem Andrea probant te laudibus inclyte famæ
Res, quibus aßidue te grauat aula, uirum.
Regia maieſtas te conſultore gubernat
Regna, ſalutari conſilioq; ualet.
Teq; iuuante labor dominandi mite leuamen
Accipit, imperij quod graue lenit onus.
Danica dum tales modo habebūt regna columnas
Illa ſtatu poterunt proſperiore frui.
Magnorum eſſe uiros doctos quis lumina regum
Neſcit? habent neruos hinc quia regna ſuos,
O Deus imperijs ſua qui moderamina ponis,
Hunc patrio ſerua quæſo fauore uirum.
Ille pio Regi dare longis poßit ut annis
Conſilia, arma quibus, paxq; regenda fuit.
Martem quādo regunt Muſæ, res publica floret,
Regnum conſilijs omne uigere ſolet.

AD MA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

AD MAGNIFICVM AC CLARISSIMVM PRVDENTIA ET

uirtute excellentem D. Iohannem Friſs ſummum inclyti Regis Daniæ Cancellarium Dominum ſuum perpetua obſeruantia colendum.

Quando Deus Regimen felix dat, & utile uitæ,
Ingenio ſummos excitat ipſe uiros,
Qui magna iuſſos populos uirtute gubernent,
Et ſint imperij gloria,fama,decus.
Talem facta probant nullo moritura ſub æuo
Laude uirum,hæc mea cui uerba Thalia facit
Illius euulgant paßim præconia famam,
Quæ,dum terra grauis,dū leuis aura manet.
Te tua Friſſe manet laus,dum cœlū aſtra rotabit,
Dumq; iubar reuehet luce cadente dies.
Donec erunt Regum præconia iura poetis,
Donec erunt Reges qui ratione regent:
Non paſſura rogi eſt tua ſæuas gloria flammas,
Quam uirtus edit neſcia fama mori.
Hæc mihi materiam poſt tēpora parua repandet
Cauſa tuam in laudem,quam ſine fine canam
Quam dum membra calor,dum uires uiua mini=
Flamma,meo uerſu ſæpe referre uelim. (ſtrat
Te Deus ô tanti uir gloria famaq; regni
Seruet,ut huic poßis ferre frequenter opem.
Regia maieſtas ut te minuente labores
Inclyta tranquillo tempore ſceptra regat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

AD VIRVM CLARISSI-
mum Dominum Antonium Bruſch
regni Danici Cancellarium.

Deterrere metus noſtras aliquando Camœnas,
Ne ſcribant iuſto liberiora, poteſt.
At uirtus horum, quos laudant ore, uirorum
Spem ueniæ timidis more frequente facit.
Sic tibi magne tuæ uir donis inclyte mentis,
Hæc fore grata quidem carmina lege putant.
Nulla ſalutarint te quamuis uerba priori
Tempore, cum Muſis non fuit anſa meis.
At nunc polliceor ſtudium te laude colendi,
Dum mihi uel uitæ ſpes ſupereſſe poteſt.
Te rogo commendes mea munera uilia regi,
Quæ dare me breuitas non meliora ſinit.
Hæc quæcunq; leges breuiori tempore ſcripſi,
Quàm mihi uel Momi credere mille ſolent.
Ergo dabis ueniam uerſus celerare coacto,
Hæc quæ charta dabit, præſtitit una dies.
Qualiacunq; leges, quo ſint non diſputo cultu
Scripta, ſuis metris carmina ſtare puto.
Proxima plura dabo, placeant nunc pauca legēti,
Si uires deſunt conſule uelle boni.
Et legere ut poßis, quæ longa poemata nuper
Promitto, incolumem te Deus oro regat.

AD VIRVM CLARISSIMVM PRVdentia & uirtute præſtantem D. Ericum krab Senatorem Regium.

NVlla prius quamuis tibi dixit Muſa ſalutem
Nomine uir clarum nomen adepte meo.
Fiſa tamen pietate tua, quam facta fatentur
Inclyta, te alloquio nil onerare timet.
Aula uiros meritis inſignes Danica multos,
Rex quorum auxilio Regna gubernat habet.
Horum noticias pia mens habuiſſe laborat,
Interualla loci quod tamen eſſe uetant
Sed tua me pietas ſolatur, ſpero iuuari
Poſſe tibi fundit quas mea Muſa, preces.
Compos ut illius mea Muſa ſit obſecro uoti,
Hoc mihi ſi dederis uir pie gratus ero.
Nec modo cõcilies aliorum huic quæſo fauorem,
Ipſe meis uotis obſecro fautor eas.
Hoc tibi pro ſtudio dignum promittit honorem,
Et meritas grates Muſa referre cupit.

AD VIRVM ORNATISſimum Dominum Iohannem Trutzen Vlſtand Regię Maieſtatis Marſchalcum

MVnus obire uiro Marſchalci maxima laus eſt,
Officium pietas ſi modo tale regit,
Regibus & decus eſt ſeruire potentibus ingens,
Imperium uirtus inclyta quando gerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Cum ſapiunt, quibus eſt data rerum ſumma poteſtas,
Conſilijſq; bonis prædita corda gerunt.
Sic te cum magnis uir laudibus inclyte donis
Ornet & eximium te Deus eſſe uelit,
Commiſſam magna Spartam cū laude gubernas,
Inclytus in te Rex dulce leuamen habet.
Et tua dexteritas dum tanta negotia curat,
Illo te ſequitur munere dignus honor.
Quanto maius onus tua laſſat pectora curis,
Tanto te meritis gloria maior habet.
Sed Deus omnipotens tibi robora neſcia frangi
Sufficiat, uires ne graue uincat onus.
Incolumemq; diu uitam concedat, & omnes
Auertat caſus, hæc quibus acta gemat.

AD AMPLISSIMVM VIRVM, VIRtute & prudentia præſtantem D. Ioachimum Beck Quæſtorem Regium.

TEſte fide digno pietas tua laudibus æquat
Multos, qui flagrant huius amore, uiros.
Dexteritas tua nota pio eſt quia candida Regi,
Te magnis rebus præpoſuiſſe poteſt.
Te probat impoſitas moderandi induſtria curas,
Eximijs dignum laudibus eſſe uirum,
Res pietate geris, quæ te Regemq; gubernat,
Inclyte cui uirtus eſt tua grande decus,
Dum tua regales theſauros dextra gubernat,
Mentem onerat moles non niſi magna tuam.

Tali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Tali digna uiro maieſtas regia, tantas
    Cui regni in tali munere credat opes.
Multa manent meritis partæ te præmia laudis,
    Quam celebrem uirtus nomine clara facit.
Leucorea uiuit tibi natus in urbe parenti,
    Qui patriæ dotes mentis honore refert.
Cui dedit in pulcro generoſas corpore dotes,
    Virtutumq; decus nobile laude Deus.
Qui cum diſcendi ſtudio Phœbæa ſequatur
    Caſtra, Meduſæo labraq; fonte riget:
Dum colit ingenio Muſas, & præſtat amorem,
    Quo gaudet Clarij turba pudica chori,
Franciſci ſequitur ueſtigia docta magiſtri,
    Quo duce uirtutum præmia uera petit.
Quo duce carpit iter, laudũ quod ducit in arcẽ,
    Et monſtrat, quod dant feta labore, decus.
Alberto ille tuo præcepta ſalubria nato
    Tradit, & ad laudum præmia munit iter.
Et mores pietate, ſuo exemploq; gubernat,
    Æmula uirtutis corda ſuæq; ciet.
Dignus ut hoc diſcat morum præcepta magiſtro,
    Culta quibus ſummo cara iuuenta Deo eſt.
Hæc etiam tibi res laudem uir magne meretur,
    Hoc gnati quod uis præſide corda regi,
Morum inſigne decus pietas cui uera miniſtrat,
    Et regit ad uitæ quem pia norma bonum.
Quem uenæ inſignem donis ſua fata poetam,
    Quem præſtantem alijs dotibus eſſe uolunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Ille ſuæ quondam patriæ præconia uerſu
Texet, & huic præco carmine clarus erit.
Nulla quod exequijs poterit uiolare uetuſtas,
Morte caret laus, dat quam bona uena uiro.
Qui nunc Italicas quia lætus adornat in oras
Gnato clare tuo uir comitante uiam:
Oro Deum nobis redeant patriæ ambo ſub oras
Incolumes, reſerant uberiusq́; decus.
Excipiatq́; ſuum Franciſcum Danica Vatem
Terra, ſui agnoſcat progeniemq; ſoli.
Quem mea nunc Læto uati commendat Eraſmo
Muſa, ſuum quo fert patria uate decus.
Quem mea nunc ideo compellant uerba poetam
Quòd mihi ſunt eius carmina lecta uiri.
Quem mea dum uerſu gaudebit Muſa latino,
Laudum eius memori carmine ſæpe colam.
Iam quoniā breuitas ut claudam hos carmine ri=
Poſtulat, ut cunctos uos regat oro Deus. (uos,

AD VIRVM OPTIMVM D. CORuinum knutzen Vlſtand in Cancellaria Danica Secretarium.

TE quoq; digne coli uerſu Coruine ſalutat
Muſa, à Saxonico quæ tibi rure uenit.
Atq; Oſio eſſe uelis ignoto ut amicus amico,
Pro tali officio grata futura rogat.
Nec dubitat, poteris quocunq; fauore tueri,
Quin tui nunquam ferre graueris opem.
Hac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Hac ſpe freta tuas hæc mittere uerba ſub aures
Auſa fuit, ueniam tu uir amice dabis.
Et ſi grata tibi mea quo munuſcula ſigno
Vis perhibere, mihi ſcribere pauca potes.
Nil quibus eſſe putes mihi te mittente futurum
Gratius, hæc animi eſt arra futura tui:
Vtq; mihi poßis præſtare petita roganti,
Incolumem bonitas te tegat oro Dei.

AD HONESTISSIMVM VIRVM, uirtute & eruditione præſtantem D. Andream ab Eulenauu Secretarium regium.

VNde rogas ueniat non notæ littera Muſæ,
Aulæ dum iuſſas res uir amice geris.
Saxonis ora iacet geſtis celeberrima rebus,
Hic celebrant claram ſecula noſtra ſcholam.
Inde ſalutantis mittens tibi uerba Camœnæ,
Fœdus amicitiæ nitor inire tuæ.
Quod ſi non patiar ſpe me ludente repulſam,
Vberiora breui carmine ſcripta dabo.
Nunc mea cum uenti cohiberi uela requirant,
Quæ breuiora damus, conſule quæſo boni.
Vtq; ualere cupis mittentem uerba ſalutis,
Tu prohibente Deo cuncta pericla uale.

AD HOS OMNES.

HÆC quòd miſſa uelim breuiora poëmata uobis,
Ingenio eximij iudicioq; uiri,

Nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Nunc mea maius opus meditatur Muſica uerſu,
In quo liberius nomina ueſtra canam.
Nunc breuitas obſtat cœpto importuna labori,
Et res quæ non eſt hoc recitanda loco.
Illa boni interea prudentia ueſtra rogamus
Conſulat, ut poßint mox meliora dari.
Quæ placuiſſe poteſt ſi uobis teſte probari,
Muſa nimis calamo quæ properante dedit,
Vberiora meus uobis promittit Apollo
Carmina, quæ uerſu diuitiore dabit.

Epigramma.

M. IOHANNIS FRANCISCI. Ripenſis.

Inclyta uirtutem comitatur gloria ueram
Fida cui ſemper gaudet adeſſe comes.
Docte uir, ingenio, fama, uirtuteq; præſtans
Quem colit Aonij turba nouena chori.
Ardua magnorum celebras quod facta uirorum,
Addita ſunt capiti laurea ſerta tuo.
Vera ſua nunquam ſic uirtus laude carebit,
Hoc ipſo merces nomine grandis erit.
Gratulor ergò tibi tantam, uir docte, coronam,
Creſcant ad ſeros hæc tibi dona dies.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Quæ placuiſſe poteſt [illegible]

[illegible]

[illegible]

Carmine [illegible]

Epigramma.

IOHANNES FRANCISCI

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]

2143

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2143 8° [35,-164]